



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ervditione Religiosorum

Humbertus <de Romanis>

Ingolstadii, 1591

VD16 H 5888

6. Qualiter se debet habere in sexta & nona.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50980](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50980)

eens: Trahã eos in funiculis Adam. Et qui sunt fratres funiculi Adam nisi diuinorũ munerum iugis ruminatio, vt Linconiensis & Bonauentura dicunt? Ingenter igitur nobis insudandũ est, vt in præmissis exercitijs assiduè nos ipsos exercendi periciam habeamus. & proculdubio experiemur animas nostras diuinitus illuminari, & inflammari. quia vt B. August. dicit, nihil nos ita ad Dei inflãmat amorem, sicut crebra diuinorum beneficiorum recordatio.

QVEM MODVM DEBET TENERE
religiosus in sexta & nona.

CAPVT VI.

QVEMADMODVM supra diximus, nõ solũ pro nobis ipsis, sed pro toto mundo orare & totis pietatis visceribus supplicare debemus Dominum: quatenus suam dignetur inclinare misericordiam ad omnes creaturas, pro quibus princeps gloriæ Christus Redemptor noster patri dignatus est: vt scilicet ad agnitionẽ veritatis suæ Catholicæ fidei trahantur siue Christiani, siue Iudæi, siue alij infideles, & non priuentur illo beatorum consortio foelicissimo, & careant illa beatifica diuinitatis visione, ad cuius cõtemplationem & fruitionem rationales creaturæ fuerunt conditæ. Pro quibus quoque & sanguinis Christi pretiosus thesaurus fuit effusus in cruce. Præcipuè tamen diuinam arctamur pro populo Christiano supplicare maiestaté, sicut nos decet. Hieremias Propheta, videns populum suũ per iniquũ Regem Nabuchodonosor malè tractari, & captiuum in Babylonem trahi, dolens aiebat:

¶ 4

Quis

Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei? Quis est Nabuchodonosor iniquus rex, fratres, nisi diabolus, qui trahit captiuas animas populi Christiani in Babylonem, hoc est in infernũ? Et quis est Hieremias, nisi anima deuoti religiosi Deo per amorem conglutinata, quæ ante Deum astans spiritu pietatis delibuta, ex intimis cõpansionis visceribus die ac nocte plangere, & preces fundere nõ desistit pro interfectis populi sui? Debemus igitur fratres in sexta & nona affectuosè cuiuslibet status Ecclesiæ personam sumere, orantes vt ad memoriam reuocemus illa septem verba, quæ Redemptor noster anxietate plenus in cruce protulit, poscentes pro reuerentia cuiusq; illorum verborum à diuina maiestate illud, quod cuiuslibet septem statuum personarum est necessarium.

Septem verba.

Septem status.

Primum	{ Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.	{ Inimicis Christianis, Saracenis, Iudæis, & alijs infidelibus.
secundũ	{ Mulier Ecce filius tuus: & discipulo. Ecce mater tua.	{ Parentibus.
tertium	{ Hodie mecum eris in Paradiso:	{ Benefactoribus.
quartum	{ Deus meus Deus meus vt quid dereliquisti me?	{ Tentatis, Afflictis, Captiuis.

quintum

quintum	{ Sitio.	} Existentibus in peccato mortali.
sextum	{ Consummatum est.	} Iustis.
septimum	{ Pater in man ^o tu- as commēdo spi- ritum meum.	} Infirmis, & in mortis agonia laborantibus.

Ad sextam per totam hebdomadam.

CONCINE primum Psalmum repræsentando primum verbum scilicet; Pater dimitte illis, nō enim sciunt quid faciunt. Ora pro Christianis inimicis, Agarenis, Iudæis, & aliis infidelibus: concipiens in corde tuo vt ad cognitionem veritatis perueniant, ne illa æterna beatitudine priuentur. Et affectu pietatis forma orationem dicens, O piissime Domine, per istud primum verbum quod in cruce pendens protulisti, miserere omnium istarum animarum.

CONCINE secundum Psalmum in persona oranium consanguineorum, repræsentans secundum verbum, quod in cruce Dominus protulit scilicet; Mulier, ecce filius tuus: & discipulo, Ecce mater tua. Et formato sic orationem, O Domine per istud verbum propitius esto nostris consanguineis.

TERTIVM cane Psalmum in persona benefactorum, repræsentans tertium verbum, quod Dominus dixit ad latronem scilicet; Hodie mecum eris in paradiso. Orationem autem sic formabis: O Domine per virtutem istius sacri verbi

378 DIRECTORIUM HORARVM
tantæ misericordiæ miserere benefactorũ no-
strorum.

Ad nonam per totam hebdomadam.

H Y M N V S est concinendus in persona om-
nium tentatorum, afflictorum, & captiuorum
ad repræsentandum quartum verbum scilicet:
Deus meus Deus meus vt quid dereliquisti me?
Oratio autem sic est formanda; O Domine per
virtutem huius verbi subuenire dignare affli-
ctis omnibus, & tentatis, atq; captiuis.

C O N C I N E primum Psalmum, in persona
omnium in mortali peccato persistentium: re-
præsentans quintum Christi verbum in cruce
pendentis scilicet. Sitio: salutẽ videlicet animæ
meæ. Et formetur per hunc modum oratio: O
Dñe per virtutem huius sacrosancti verbi, mise-
rere cunctorum in mortali consistentium cri-
mine, & trahe eos ad veram pœnitentiam.

S E C V N D V S Psalmus, in persona vniuerso-
rum iustorum est cantandus, ad insinuandum
sextum verbum Christi scilicet: Consummatus
est: videlicet, omne quod Prophetatum fuerat
super iudicia iustificationis Patris mei. Oratio
vero forma hoc modo: O Domine per hoc
sacrosanctum verbum, conserua vniuersos ius-
tos in actibus veræ iustitiæ.

P S A L M V S tertius, cantandus est in persona
ægotantium, & in agone mortis laborantium.
Et per eum repræsentatur septimũ Christi ver-
bum, quod in cruce protulit scilicet: Pater in
manus tuas commendo Spiritum meum. Et est
hoc modo formanda oratio: O Domine per hoc
sanctum

sanctum verbum miserere omnium infirmantium, & recipe animas eorum qui in mortis laborant agonia.

DE VESPERIS.

CAPVT VII.

Ad vesperarum officium sollicitus debet se religiosus præparare, vt offerat Domino sacrificium vespertinum. Et matutinorum & vigiliarum repetita præparatione, cum fuerit in oratorio in loco suo, attracto spiritu, ascendat mente cælum, præsentans se ante thronum diuinæ maiestatis, & multitudinis Angelorum & omnium sanctorum in circuitu throni psallentium, & quasi inter eos cum summa sit reuerentia, laudans Deum,

Concinat Psal.	{	Primum	} cum	} Angelis.	
		Secundum			} Patriarchis.
		Tertium			
Cantet	{	Quartum	} Apostolis.		
		Cap. & R.		} Martyribus.	
		Hymnum			} Confessoribus.
Concinat	{	Ma-	} Primos cum Domina		
		gni-		} nostra : secundos cum	
Concinat	{	scat	} virginibus.		
		que			
Concinat	{	Pater no-	} In persona Ecclesie mi-		
		ster, & col-		} litantis.	
		lectam.			

DE COMPLETORIO.

CAPVT VIII.

Inter horas canonicas diurnas, vltima est cõpletorium, & quemadmodũ hic est terminus diei